

**2223** [= 4867] Telesiae ante episcopium MAZ.; in episcopatu PAC. Nunc Solopacae in hortis Guglia.

D · M · S  
C · CALPVRNIC  
ACCEPTO · VIX  
ANN · XX · Mnsi  
5 BVS · V · DIEB · Iiii  
D E C V R I O Ni  
C · TITIVS · MODes  
TVS · ET · CALPVr  
NIA · SABINA · SCele  
10 RATI · FILIO · PIis  
S I M O · F E C E R

Descripsi et recognovi. Matth. Aegyptius *opusc.* Neap. 1754 p. 178; A. S. Mazochi ms.; Pacelli n. 5.

Quae adieci minusculis, priores tamquam ex lapide exhibent, nisi quod 9 SCELE om. Pac.

**2224** inter Telesinas.

D · M  
Q · C A M V D E N I · p o  
T E N T I S · D E C V R I O  
TELES · VIX · ANN · XVIII · M · IX  
5 Q · C A M V D E N V S · I V S T V S · F R A  
T R I S · F I L I O · I V V E N I · P I E N T I S S I M O

Petrucci ms. 2 p. 66 postea adscripsit.

**2225** [= 4868] Telesiae in hortis Pacellianis. A. 1877 non repperi.

Q · F A D I V S · T · F  
P R · D V O V I R

Descripsi.

**2227** Telesiae nel territorio di S. Vincenzo Pacelli alle Case PETR. Nunc in hortis Pacellianis.

C · H E R N N I O sic  
STRABONIS · F · F A L  
P R · I I V I R · R V F V S · F R A T E R

Descripsi. Petrucci ms. 2, 61 postea adscripsit.

**2230** in lapide ex aedificio rotundo litteris maximis et pulcherrimis. Telesiae *trovata caduta sotto una torre a parte orientale delle mura e propriamente vicino alla porta al luogo detto Connola a lato sinistro di chi esce* PETRVCCI. Est in hortis Pacellianis.

M · L O L L I V S · M · F  
T V R R E I S · D V A S · I

Descripsi. Petrucci ms. 2 p. 82.

**2226** [= 4869] Telesiae MANVT. (ms.); in ecclesia ad basim IVC. similiterque BON. LIL. APIAN. 104. METELLVS SMET. — Locum non adscribunt PONTAN. MARVC.; Tessaliae in ecclesia ad basim APIAN. 459; Thessalonicae LAZIVS FABRETTI; Puteolis MAZZ. (inde CAP. SPON.) fraude sua.

Q · F I L L I V S · L · F · R V F V S · Q · A G R I V S · Q · F · C E L E R  
P R · I I V I R · L A N A R I A S · E T · Q V A E · I N · I I S · S V N T · S V A  
P E Q · F E C · V T · E X · E O · V E C T I G A L E · Q V O T · A N N I S · C O L O N I S · M V L S V M  
E T · C R V S T V M · N A T A L E · C A E S A R I S · A V G V S T I · D A R E T V R

Ter de lapide descripta videtur esse, a Pontano Iucundo Paglia. Iucundus habet f. 162; pendent inde Bononius cod. Ott. f. 35; Lilius f. 178; Apianus 104, 3. 495, 1; Lazius r. r. p. 1104 (inde per schedas Holstenianas Fabretti 606, 53); Metellus cod. Vat. 6039 f. 363' ex Sim. Vallamberto; Smetius ed. 13, 15 auctore non indicato (inde Grut. 173, 4 'Pighius Smetio' addita v. l. Mormilis, id est Mazzellae, et Ligorii); Waelscapple ms. f. 97. Pontanus edidit in libro I de aspiratione f. 23 ed. Neap., p. 38 ed. 1538, a quo pendet Valerius Probus ed. 1525 f. 78 (ex eo Ligorius Taur. 17; Fab. Giordanus ms.; Mazzella *Pozz.* n. 10; Capaccius hist. Put. p. 10, hist. Neap. 1. 2 c. 24 p. 715 ex Mazzella; Sponius misc. p. 182 ex Capaccio), habetque item auctor sectae Pontaniana Maruc. A. 79. 1 f. 90'. Paglia apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 180, orth. 688, 20 (in ed. adhibitum est praeter Paglianum exemplum Apiani). Interpolavit Lupoli inscr. Corf. ed. p. 2 p. 304, *opusc.* p. 5.

Lanariae publicae, quae Telesiae fuerunt, componi possunt cum vectigali quod rei publicae Pompeianorum quotannis solvebatur *ob fullonicam* testibus apochis Iucundianis n. 117—120.

Versus divisi ad Marucellianum; reliquos enim auctores ad versuum divisionem non attendisse constat. — Variam lectionem integram dedi Iuc. Bon. Lil. Pont. Maruc. Pagliae. — 1 Q·FILLIVS Iuc. Bon. Lil. Pont. (cod. Ambros.), Q·FELLIVS Paglia, OFILIVS Maruc., Q·FILIVS Pontani ed. Basil. et expilatores plures (Probus, Giordanus, Waelse., Grut. ed. 2), Q·FVLVIVS Lazius Fabrett., L·VILLIVS Lupoli (quoniam in ed. 2 Gruteri adnotatur 'Rein. l. VILLIVS', id est legit, unde is fecit L·VILLIVS). — LVCH·FILIVS Pont. (Ambros.). — RVFFVS Maruc. (non Pont.) Iuc. Lil. — AGRIVS Iuc. Lil. Pont. Maruc. Paglia, id est veri auctores omnes, AGARIVS Bon., ARGIVS Ap. 104. 495 errore typographico, qui redit apud Manutium (ed.) Lazium Fabrettium, AGRIVS Probus item errore typographico, quem repetierunt Giordanus Ligorius Mazzella. — QVINTI FILIVS Pont. (Ambros.). — 2 PR] PRE Maruc., PRAETOR Pont., PATER Ap. 495 Laz. Fabrett. — DVVMVIR Pont. — IIS veri auctores omnes, HIS Pontani ed. Basil. et Probus aliique, IEIS Smetius solus — SVA] s Bon. Lil., SVÁ Metellus solus. — 3 PEQVNTIA Pont. — FEC Maruc. solus, FECIT Iuc. Bon. Lil. Pont. Paglia, FECER Smetius emendans. — VETIGALE Iuc. — COLONIS om. Bon. Lil. Ap. 104. 495 Manutius (ed., non Paglia) Laz. Fabrett. — MVLS Maruc. solus. — 4 CRVST Paglia solus. — CAES·AVG Bon.

**2228** [= 4870] Telesiae rep., inde Cusanum in aedes Santagata asportata.

D · M · S · P · L A L I O · G E N T I A N O  
V I C T O R I · E Q · R O M · R A R A E · P R O B I  
T A T I S · E T · S A P I E N T I A E · I V V E N I · P · L A  
L I V S · M O D E S T V S · E T · T E L E S I N I A  
5 C R I S P I N I L L A · P A R E N T E S · I N F E L I  
C I S S I M I · A C · P I E N T I S S I M I  
F I L I O · D V L C I S S I M O · V I X I T · A N N  
X X I · M E N S · X I · D I E B · X V I I I

Pacelli n. 24, a quo sumpsit Arcarius in Saepinatibus; Casella *Giorn. lett. di Napoli* vol. 70 (1 Mart. 1797) p. 107. Henzen n. 6532. 7377.

1 CENTIAIO Pac., CENTIANO Arc. — 2 ACTORI Pac. Arc. — 3 IVVENI] VENI Casella. — 5 CRISPILLA Pac. Arc. — Cf. matris titulum n. 2229.

Descripsi. Petrucci ms. 2, 61 postea adscripsit.

**2231** [= 4872] Telesiae in hortis Pacellianis.

L O L L I A · M · F · Q V A R T A · E X · T E S T A M E N T O  
S C H O L A M · D O M V M · E T · H O R T I · Q V I · E M E R E N T V R  
D E S V A P E Q V N I A C O L O N I A E P O P V L O Q V E T E L E S I N O  
D E D I T

Descripsi et recognovi. Petrucci ms. 2 p. 31.

**2229** [= 4871] Telesiae rep., inde Cusanum in aedes Santagata delata.

D · M · S  
T E L E S I N I A E · C R I S P I  
N I L L A E · C O N I V G I · S A N C T I S  
S I M A E · Q V A E · O B · D E S I D E R I V M  
5 P · L A L I · G E N T I A N I · V I C T O R I S  
F I L I · S V I · P I I S S I M I · V I V E R E  
A B O M I N A V I T · E T · P O S T · D I E S · X V  
F A T I · E I V S · A N I M O · D E S P O N D I T  
P · L A L I V S · M O D E S T V S · M A R I T V S  
10 C V M · Q V A · V I X I T · A N N · X X V I I I · M · I I I  
S I N E · V L L A · Q V A E R E L L A

Casella *Giorn. lett. di Napoli* vol. 70 (1 Mart. 1797) p. 107; Pacelli ms. Henzen 7378.

5 P· om. Casella. — 11 QVERELA idem.

**2232** [= 4873] Telesiae in episcopatu.

M A R C I A E · L · F  
C A I A E · F E L I C I T A T I  
H · F · V X O R I · M · A E M I L  
V R B A N I · S P · E Q · R O M  
5 I I V I R · P A T R · C O L O N I A E  
O B · V / / S · P R I M A M · O M N I  
V M · L A B O

Pacelli ms.

## REGIONIS QVARTAE PARS PRIMA. SAMNITES.

### L. TELESIA (p. 205).

IV a. Ioh. Paulus Rossi quae misit Arditio praefecto musei Neapolitani d. 25 Ian. 1814 servata in actis eius musei excussi; sed vix quicquam quod utile esset inde accessit.

ad V. Petruccius obiit a. 1865 teste Iannellio in actis Casertanis 1879 p. 15.

VI. Gabriel Iannelli Campanus in actis Casertanis a. 1879 titulos Telesinos alios sibi visos, alios desumptos ex Petruccii codice edidit hos

n. 2205. 2210. 2211. 2219. 2220. 2224. 2227. 2230. 2233. 2240. 2241. 2242. 2244. 2253. 2254. 2258. 2269. 2276. 2278. 2279. 2280. 2281. 2291. 2293. 2294. 2304. 2309. 2311. 2312. 2313. 2314. 2315. 2317 et fragmenta quaedam infra relata. Quam dat p. 13 collocatam supra n. 2281: L·D·D(?) imago ISP | MAR, ea sine dubio medii aevi est. Cum pleraque editio occuparit, in appendicem ex Iannellianis rettulimus quae utilia inde accesserunt.

ad n. 2204. Refert iam Rossius a. 1814 collocans *nell' antico vescovado di Telese*.

ad n. 2225. Refert Rossius collocans apud Pacellios.

ad n. 2230. Iannellius p. 9 dat plenioram ex Petruccianis sic:

M · LOLLIVS · M · F | QVA }  
TVRREIS · DVAS · PRO · I }

ad n. 2231. Refert Rossius collocans apud Pacellios.

ad n. 2236. Missam esse Danielio ait Rossius. Visam apud illum c. a. 1792 in schedas suas, hodie musei Berolinensis, rettulit Uhden.

ad n. 2239. Refert Rossius loco non adscripto.

ad n. 2241. Ediderunt Iannelli l. c. p. 12 et Michael Pacelli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 97.

ad n. 2270. Telesiae *presso un particolare Iacomasi* Rossi.

ad n. 2276. Iannelli l. c. p. 13 legit I C·CAESEN I.

ad n. 2279. Telesiae *al ponte di Pacelli* vidit PETRUCCIUS secundum Iannellium; extra S. Salvatore in loco q. d. S. Vincenzo in massa S. Agathae IANNELLI. Exemplum non differt nisi quod legitur 2. 3 FRE|GANIVS.

ad n. 2293. Iannellius l. c. p. 12 adscripta loci indicatione Petrucciana sic dedit male lectam: MEMORIAE | MARTII·L·L·NV|MISIA·Q·F·SER|VO·D·S·S·F.

ad n. 2311. Iannellius l. c. p. 11 dat sic: ... | ...RVS·PATER | STATVIT·AC·DEDI|CAVIT | D·D

**6295** in vico S. Salvatoris in aedibus Angeli Severino in puteo.

*germanicus et drusus?* | I · AVG · F |  
c a e | S A R E s

Iannelli act. Casert. 1879 p. 12.

**6296—6303** Telesiae in hortis Pacellianis.

6296 CONCVBINA

6297 HAS

6298 NT

6299 LIB

6300 RO

6301 ISAI

6302 IS

6303 SE

Iannelli act. Casertan. 1879 p. 11. Sprevi ego haec, sed ne quid publicatorum a corpore absit, iam addo.

### LI. ALLIFAE (p. 214).

ad n. 2323. Edidit Mur. 16, 4 ex schedis suis, male collocans Tibure.

ad n. 2334. Nuper denuo prodiit in regione Corroppola, fundo Meola in casa coloni cuiusdam; edidit Matth. Visco apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1878 p. 141, addens titulum interpolatum videri manu recenti, recte opinor. Datur ita: ACILIAE CAVIN | PRAENESTAE | L·ACILIFILIAE | M ACILI FAVSTINI | COS NEP ACILI CLA|BRIONIS BIS COS IIV | QQ PRONEP CLA|DI CLAEOBOLISTE | NEPTI.

ad n. 2369 a. Prodiit *Notizie degli scavi* 1878 p. 69.

**6304** Allifis rep. in sepulcro in praedio Potiti Colapetella.

N · BAEBIVS · N · L · VIRIATVS ·  
BOTTIA · C · L · ISIA  
N · BAEBIVS · N · L · PHILOSTRAT  
L · BAEBIVS · N · F · RVFVS  
5 N · BAEBIVS · N · L · PHILOMVSVS  
L · BAEBIVS · N · L · LACES

Matth. Ang. Visco apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 84.

**6305** Allifis rep. cum n. 6304.

C · L · HILARVS  
VSTA pes humanus  
opere ana-  
glypho

Matth. Ang. Visco apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 84.

**6306** Allifis rep. a. 1839 ante ecclesiam cathedralem.

LIL  
MATRI · N  
FECIT · VT · FAC  
VIT · FACERE  
5 MORS · EFIFC  
PAT

Ex actis tabularii publici Neapolitani ed. *Documenti de' musei d' Italia* 4 p. 93.